Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift

10

ostendit nullam speciem peccatorum in populo
legerimus ut in hebraico est. populo
testimonii recordemur. quod in
tam pluribus. et exspectatoris persona
Elevatae sunt iniquitates meae super
grave in gravatae sunt super me.
ut in obscurioribus et in his quae ex-

israhel defuisse. Sin autem
gravi iniquitate. illius
iniquitas sedeat super talem
dicitur in psalmo xxxvii°.
caput meum. quasi onus
Manifesta transcurrimus
planatione indigent in more

mur. In quo percutiam vos ultra addentes praevaricationem.
Quo testimonio discimus idcirco dominum percutere delinquentes.
ut percussos corrigat. et non tam poena sit quam emendatio. estque sen
sus. non invenio quam plagis vestris possim adhibere medicinam.
Omnia membra vestra plena sunt vulnere. nulla parte corporis
quae non sit ante percussa reperio. Vel certe hoc modo. Nullas
invenio plagas quibus vestram frangam duritiam. Quanto enim tor
menta maiora sunt. tanto magis crescat impietas et iniquitas.
Sive ut theodotio transtulit declinatio. ut recedatis et decli
netis a domino. quale est illud ieremiae. Sine causa percussi filios
vestros disciplinam non recepistis. Unde iratus loquitur per osee. Non vi
sitabo super filias vestras cum fuerint fornicatae. et super nurus vestras
cum adulteraverint. Et per ezechielem. Zelus meus recedet a te.
et non irascar tibi amplius. De quibus et in psalmis legimus. Non
est firmamentum in plaga eorum. in laboribus hominum non sunt. nec
cum hominibus flagellabuntur. Omne caput languidum et omne
cor maerens. Animi laetitia interdum dolores corporis miti
gat. Quod si ad aegrotationem corporis accedat aegritudo animi.
duplicatur infirmitas. Inter ipsos quoque sensus et omnia membra
corporis. principalem partem obtinet caput. in quo visus et odo
ratus. auditus et gustus est. Cum igitur caput doluerit. omnia
membra debilia sunt. et per metaphoram docet quod a principibus
usque ad extremam plebem. a doctoribus usque ad imperitum vulgus
in nullo sit sanitas. sed in impietate omnes pari ardore con
sentiant. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.
vulnus et livor et plaga tumens. Secundum septuaginta translationem.
A pedibus usque ad verticem. id est ab imo usque ad summum. ab extre
mis usque ad primos. toto confossi sunt corpore. Vulnus in quid
et livor et plaga tumens. Aut enim verberibus livent corpore.
aut plagis tument. aut hiant vulneribus. Quaerimus tamen
hec tempora coaptanda sint. Post b a b i l o n e.